



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 50. Edictum a Rege subscriptum, atque ab aliis ejus jussu juramento, & Chirographo munitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A. C. 1588.

§. L.

*Edictum a Rege subscriptum, atque
ab aliis ejus jussu juramento, &
chirographo munitum.*

Thu. l. 91. **E**adem die vigesima prima Julii hoc
edictum a Parisiensi Curia approba-
batur, atque in universa Urbe ad tubæ
sonitum promulgabatur non sine infoli-
ta lætitia a fœderatis exceptum, hi e-
nim Regem sibi hac ratione subjecisse
credebant: ex altera vero parte Rex nil
intentatum relinquebat, ut illos in hac
opinionem firmaret: quocirca hanc sibi
pacem omnino probari exterius simula-
bat, ac specietenus lætanter eidem
subscribens, a cunctis quoque Aulæ
suxæ Ministris illam chirographo firmari
præcipiebat: hac insuper occasione Ho-
noratus Laurentius in Provinciæ Sena-
tu Advocatus Generalis, ac Frater An-
dreæ Laurentii, qui Henrici IV. Medi-
cus erat, hoc edictum amplis elogiis ce-
lebrare aggrediebatur excellenti opere
edito, cui titulus: *Henoticon*, seu Hen-
rici III. Regis edictum pro suis subditis
Ecclesiæ Catholicæ rursus aggregan-
dis: porro ibidem Honoratus de unius
Religionis necessitate luculenter disse-
rebat.

§. LI.